

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 9593

**Auteur(s) :** Guillaume d'Angerville [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Gruchet-le-Valasse, Notre-Dame du Vœu du Valasse (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1199, 23 avril

**Lieu d'émission :** Gruchet-le-Valasse

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume d'Angerville donne et concède aux moines de Notre-Dame du Vœu (Le Valasse) la terre que ceux-ci tenaient dans sa terre au Camp-Dolent. Il leur concède également deux salines et un jardin donnés par son père Robert et confirme tous les biens que les moines tiennent d'après les donations faites dans son fief.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Rouen, Arch. dép. Seine-Maritime, 18H<sup>p</sup>2.

## Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

### Texte d'après A

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus de Ansgervilla pro salute anime mee, pro salute etiam anime patris mei et matris mee, antecessorum et heredum meorum, dedi ecclesie Beate Marie de Voto et monachis Deo ibidem servientibus, in cultura mea de Cadolent, totam illam terre partem quam tenebant, que etiam eorumdem terris, ex una parte, et ex alia, terre Giroudi Escoufle est contingua, cum omni integrate, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, ab omni servitio, redditu, querela et alia exactione immunem, ab ipsis monachis in perpetuum possidendam. Concessi insuper memoratis monachis, duas salinas inter vallem Sancti Erkenoudi et Aurichier, et ortum quemdam sub falesia juxta easdem salinas que in elemosinam dedit eis Robertus de Ansgervilla, pater meus. Concessi preterea dictis monachis omnes illa[s] terras quas in eodem territorio de meo feodo ipsi tempore Henrici regis Anglorum tenuerunt, et omnes illas in super terras quas ipsi eodem anno et die quo Ricardus rex Anglorum mortuus est de meo tenebant feodo, videlicet decem acras terre quas dedit eis Ricardus de Molinis assensu Theobaldi fratri sui, et omne tenementum quod dedit eis Rogerus Augrin et quinque acras terre quas dedit eis Willelmus Brito et campum de Fossatis quem dedit eis Fulcherus de Maceriis, et septem acras terre juxta Seniton quas dedit eis Thomas de Maceriis, et unam acram terre quam dedit eis Bernardus filius Ade et tres acras terre quas dedit eis Biata de Doubusc, has inquam omnes terras supradictas qualicunque modo eas idem monachi, sive emptione, sive donatione adepti sunt. Ego predictus Willelmus nichil mei juris mihi neque meis heredibus in eisdem terris retinens, presenti carta confirmavi et concessi eas tanquam puram, liberam et perpetuam elemosinam ab omni tallagio, auxilio, consuetudine, redditu et servitio et ab omni alia exactione immunes a jam dictis monachis imperpetuum possidendas, excepto quod de illis terris moutam reddent de quibus antiquitus eam mihi reddere

consueverunt. Que ut rata permaneant, ego prefatus Willelmus presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Facta est autem presens carta apud abbatiam de Voto et data presente ejusdem loci conventu anno incarnationis dominice .M°. C°. nonagesimo nono, mense Aprili, nono kalendis Maii, eodem scilicet mense quo Ricardus rex Anglorum mortuus est. Testibus his, Gaufrido sacerdote de Sancto Romano, Jordane Capra, Ricardo de Astin, Willelmo de Ollier, Bernardo filio Ade, Thoma de Materiis, Roberto de Lintot, Waltero de Barra, Johanne filio Osulfi et aliis pluribus.